

Baptista sicut in inimici etiam agnoscebant. Gloss. Siritiacus.

Anselm. Lyran. Cajetan.

Solus Baptista devotus bene opinatus in populo.

Barradas. Abulens.

Syriacus.

67.

Glossa. Verus auditor Verbi Dei omnia esse qui debet. Barradas.

quoad Deum. Tanta erat sanctimonia vitæ Baptista, ut tam quoad homines, etiam inimicos, quam quoad Deum, omni iustitia plena videretur. Et custodiebat eum. Glossa explicat, ab Herodiade, ne interficeretur, Syriacus habet: Observabat eum; seu ejus dicta. Aliqui, ut Divus Anselmus, Lyranus, Cajetanus, & alii, quos citavi quæst. superiori in 2. ratione, volunt, quod hoc fuerit animus fictus in Herode, & fortasse habebat hujusmodi fictionem, ut estimaretur bene affectus erga Baptistam, & ita reconciliaret sibi magnam opinionem erga populum, nam solum devotus Baptista bene opinabatur, ut dixi ex Alberto Magno lib. 3. cap. 2. quæst. 30. num. 99. Tamen aliquando, & pro aliquibus actibus non fuit Herodis animus simulatorius, sed verus, ut tenent Barradas, Abulens. cap. 4. Math. quæst. 18. Et hoc indicant verba Evangelistæ: Sciens eum virum justum, & sanctum, custodiebat eum, & libenter audiebat. Syriacus, suaviter audiebat; quamquam in hoc non perseveraverit, ut explicabo quæst. sequenti.

Et audio multa faciebat, ait Glossa, quia putavit, eum spiritu Dei loqui. Multa faciebat. Nec ex eo perfectus Dei auditor consensus est, sed Verbi divini contemptor; quia non sufficit, aliquid ex his, quæ audiuntur, perficere, nisi omnia executioni mandentur. Huc tendit Barradas 129. Memento, ait, scriptum Marc. 6. quod Herodes libenter audiebat Joannem: sed beatus foret, si audita libenter æque servasset. Denique non qui audiam, sed beati, inquit, qui audiunt, & custodiam verbum Dei.

QUÆSTIO XII.

Quomodo Herodes in Joannem tam bene affectus, eum occidere voluit, ut Mattheus scribit?

68.

Gloss.

Quantum ex hac littera Marci colligitur, valde propensus erat Herodes in Joannem: nam ipsum custodiebat, ut explicat Glossa, ne interficeretur ab Herodiade, & libenter eum audiebat. Tamen, ut narrat Math. 14. num. 5. voluit eum occidere. Quod, ut explicant q. 11. ex Euthymio, postea factum est: nam primò libenter audiebat, & custodiebat eum: subsequenter verò mutata voluntate eum occidere voluit. Unde ergo provenit hujusmodi mutatio, ut eum vellet occidere? Et hæc quæstio concidit eum ipsa quæstione 11. quæ est videnda; res tamen hæc latius est explicanda.

69.

Abulens.

Respondet primò Abulens cap. 14. Math. quæst. 18. quod Herodes venerabatur Joannem, sciens eum virum justum, & ipsum libenter audiebat, ac custodiebat ab insidiis Herodiadis, ne ipsum interficeret. Tamen, cum Herodias sæpè apud Herodem oraret pro morte Joannis, flexus ille uxoris blanditiis, concepit animum occidendi Joannem posthabita sanctitatis reverentia. Mulieris enim jaculatoria verba animum vincunt, & attrahunt omne malum. Et ideo Salomon. Proverb. 2. num. 16. nobis commendat esse maximè cautos. Ut eruaris à muliere aliena, & ab extranea, qua molit sermones suos. Mulier extra-

Mulieris preces animum vincunt. Prov. 2.

nea, & quæ non est tua, blandis, ac mollibus verbis, ut communiter explicatur, animum delinunt labefactat, ac mille dolos ad capiendum tendit. Unde eleganter cecinit Codrus Magnus Poëta?

Codrus.

Sydera non tot habet calum, non flumina pisces, Quot scelerata gerit sœmina mente dolos.

Herodem tamen timor populi cohibuit, ne Joannem interficeret; & per multum tempus hanc pravam voluntatem occultavit, ac dissimulavit.

70.

Secundò. Multi ita explicant, quod Herodes metuebat Joannem, & custodiebat, ac libenter audiebat; antequam Joannes eum corripere de sua execranda libidine, & quando solum de virtutibus, ac virtus abstracte, ac in communi loquebatur: tunc enim integritas, ac puritas Joannis non erat invisæ Regi. At postquam divinus Prædicator in Regis petulantem libidinem incurrit, cumque vehementer arguit, dicens: Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Ecce jam totus animus Regis ita efferbuit, & nihil aliud totis visibus parat, quam Prædicatorem veritatis jugulare. Veritas odiola Regibus. Et ita ait Achab de Michæa Propheta: Odi cum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum, 3. Regum 22. num. 8. Tum etiam necatur Joannes, ut Rex majori cum libertate suo indulget appetitui, ut eleganter dixit D. Fulgent. serm. de decollatione Baptistæ: Ut luxuriatur Herodes, necatur Joannes.

Veritas odiola Regibus. 3. Reg. 22.

Fulgent.

Tertiò perbelle Divus Chrysologus sermone 27. dum considerat verba Math. 14. num. 5. supra data: Volens eum occidere, timuit populum; sic ait sanctus Pater: Facile deviat à iustitia, qui in causis, non Deum, sed hominem pertimescit. Hic timor, peccati facultatem differre potest, auferre non potest voluntatem. Unde etiam quod suspendit à crimine auditores, redit ad crimen, & astuat animo, quousque perficiat, quod cogitat malum. Solus Dei timor, qui mentes corrigit, fugat crimina, innocentiam servat, perpetuum tribuit facultatem. Quamvis Herodes agnosceret, Joannem esse virum justum, & sanctum, tamen volebat eum occidere, & dissimulat per tempus hanc voluntatem, & licet in viro fulgentissimum divinæ gratiæ, & Omnipotentis Dei lumen effulserit, minime tamen obtenebrata Herodis mens illuminatur; imò unius vanæ salutaris vocis tantum viri caput concedit. Sed unde tantum depravatur voluntas Herodis, ut Joannem vellet occidere, contra id, quod intellectu capiebat, sciens eum virum justum? Vide quid dicitur: Timuit populum, & facile deviat à iustitia, qui in causis, non Deum, sed hominem pertimescit. Totum Herodem tenebat, non divinus, sed mundanus timor; solus enim Dei timor mentem à peccatis refrænât; humanus verò, etsi faciat dissimulare depravatam voluntatem, minime tamen aufert. Et ideo ait D. Zeno sermone de timore: Sine sine quisque studet timere, ne quid præter Deum, quem diligit, timeat. Vide lib. 2. c. 6. n. 11. & cap. 2. n. 23.

Solus Dei timor à peccatis refrænât.

Zeno.

Quartò. D. Basilus Seleucus orat. 18. Mibi vide, ait, Diaboli artem, ut ad impietatem ex levioribus erratis extrahat. Primum fraterni cubituli professorem fecit, & successorem, ut ex adulterij fossa ad Baptistæ caedem transire faciat. Malum vero tempore altum crescit in quamvis libertatem

72. Basil. Seleucus.



CAP. V.

Colloquium Christi cum Samaritana, quæ vocatur à Christo.

Ioannis 4. n. 1. Ut ergo cognovit Jesus, quia audierunt Pharisæi, quod Jesus plures discipulos facit, & baptizat, quam Joannes.

VERSIONES.

Syriacus. Cognovit autem Ieschua, audisse Perischæos, ipsum discipulos multos facere, magisque baptizare, quam Iouchanon.

Vatablus. Ut ergo cognovit Dominus audisse Pharisæos, Jesum plures discipulos addiscere, & baptizare, quam Joannem.

D. Augustinus. Quod plures discipulos faceret, quam Joannes & plures baptizaret.

EXPOSITIO.

Hic versus terminatur n. 3. dum dicitur: Resiliit Iudæam, & abiit in Galilæam. Quod hic discessus in Galilæam fuerit post incarcerationem Joannis significat D. Math. 4. numero 12. Cuiusmodi Iesus, quod Joannes traditus esset, secessit in Galilæam; Marci n. 14. Et ita tradunt D. Augustinus lib. 2. de consensu Evangelicorum in sua Concordia Evangelica. Gerson, Beaulxames, Barradas, Corder. in cap. 4. Ioann. & Baron. annot. 3. in epitome, n. 20. Abulens verò in cap. 4. Math. quæst. 84. & 85. & Rupertus lib. 4. in Ioan. existimant, Christum discessisse in Galilæam ante Baptistæ incarcerationem. Fundantur: quia ait Evangelista: Ut cognovit Iesus, quia Pharisæi audierunt, quod Iesus plures discipulos facit, & baptizat, quam Joannes, reliquit Iudæam, & abiit in Galilæam. Ergo videtur Evangelista innuere, quod Joannes nondum erat incarcerationis, & adhuc baptizabat, & faciebat discipulos. Sed facile solvitur objectio. Nam Pharisæi non indignabantur, quod Iesus plures discipulos faceret, Joannis zelo, sed invidia moti, ut statim dicam. Et ideo re- Et August. citato loco solvit objectionem, quod ita exponendus est locus, quod audierunt Pharisæi, quod Iesus plures discipulos facit, & baptizat, quam Joannes fecerat, & baptizabat, antequam esset coniectus in vincula.

1.

Matth. 1.

Marc. 1.

August.

Gerson.

Beaulxames.

Barradas.

Corder.

Baron.

Abulens.

Rupertus.

August.

Remig.

73. Ambros.

Matth. 19.

Chrysof. Hieron. Paschas. Anselm. D. Thom. Euthym. Theoph. August. Origen.

Idem.

Juvenal.

bertatem. Semper iniquus de peccato in peccatum ruit. Herodes luxurioso incestu detentus minimè quievit, sed timore mundano repletus ad contemptum Dei procedens, in crudelitatem dilabitur. Primò prophetam incarcerationi, & ulterius in ipsa nequitia proficiens capite Joannem jugulavit. Ita ait Divus Remigius in Math. cap. 14. Libidiosa voluntas eum coegit, in Joannem manum mittere, quem sciebat, justum & sanctum. Ac per hoc datur intelligi, quod minus peccatum factum est causa majoris peccati, iuxta illud. Qui in sordibus est, sordescat adhuc.

Eleganter hanc rem explicat Divus Ambrosius in Psalm. 1. ad illa verba, In cathedra pessilentie non sedit; post multa verba ait: Cavenda ergo prima sunt vitia, ut in plura deinde graviora proserpant. Etenim sicut ij qui se in lato versant, quo magis voluntantur, eo amplius inquinantur: ita qui semel se luto improbitatis asperserit, nisi ab eo velociter exiliat, gravius sibi dedecoris sui cœnum per singulos dies lutulenta conversationis obducit. Ecce quantum malum fit peccatum peccatis addere, ita ut ad barathrum extremæ malitiæ, ac miseriæ detrudat hominem. Ait Christus Dominus Matth. 18. numero 15. Si peccaverit frater tuus, corripe eum inter te, & ipsum solum. Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & publicanus. Fratri nomine Christianus homo intelligitur, ut suo loco dicam. Et hic esse sermonem de peccatis mortalibus, tenent D. Chrysostronus, D. Hieronymus, D. Paschasius, D. Anselmus, S. Thomas, Euthymius, Theophilactus ibi cum D. Augustino serm. 16. de verbis Domini. Origenes verò homil. 6. in Matth. de venialibus peccatis locum explicat. Sed bone Deus, si homo fidelis delinquat, & ter admonitus à peccato non recedat, habendus est tanquam Ethnicus, & publicanus; nonne ipse fidem retinet, ut vult Maldonatus? Ergo ex ipsa persistencia peccati, ut Ethnicus habendus est. Ecclesiam non audire, & ei non obedire, peccatum est; qui ergo in peccato persistit, & peccatum peccatis addit, omne nefas, & malum de eo suspicari ac præsumi potest; ideo talis fugiendus, ac vitandus est à nobis, Ethnicus & publicanus. Origenes citata homilia 6. Qui ergo, ait, in peccato levi correptus ter, secundum quod diximus, non se emendat, nos quidem sic eum debemus habere, quasi publicanum & Ethnicum. An etiam à Deo quasi publicanus, & Ethnicus iudicetur, non est nostrum pronuntiare, sed est in iudicio Dei. Deus uniuscujusque cor intuetur; at nos si viderimus hominem in peccato etiam levi perseverantem, vel de uno in aliud prolabantem, devitemus eum, ut Ethnicum, & publicanum, ut admonet Christus de eo, qui de peccato fratris prolabitur in Ecclesiæ contemptum: nam ut cecinit Juvenalis:

Nemo reperit su turpissimus, Nisi dum unum peccatum alteri associatur. Vide hoc libro cap. 13. num. 134.

De nece Joannis inferius erit dicendum suo loco.

De nece Joannis inferius erit dicendum suo loco.

De nece Joannis inferius erit dicendum suo loco.

De nece Joannis inferius erit dicendum suo loco.

De nece Joannis inferius erit dicendum suo loco.

De nece Joannis inferius erit dicendum suo loco.



2. Repressit Baptista suorum discipulorum invidiam circa Christi Baptismum, ut habetur Joann. 3. & num. 27. Declinat etiam nunc Dominus invidiam Phariseorum. De cognovit Jesus. Græca exemplaria, Vatablus, Arias, Pagninus, D. Augustinus, & alij habent Dominus ne simul in eadem dictione bis repetatur idem nomen Iesus cognovit. Domino Deo, antequam crearentur, omnia sunt agnita, Eccli 23. num. 20. Omnia nuda, & aperta sunt oculis ejus, ad Hebr. 4. num. 13. Quomodo ergo Iesus verus Deus nunc cognovit? Quamquam ut Deus omnia cognoscat ab æterno, tamen ut homo cognovit scientia experimentalis, postquam ei nuntiatum est ex aliorum relatu, ut ait Rupertus lib. 3. in Ioan. Divus Thomas, Ammonius in Carena Græca. Et sic, ait, omnia sciebat, ut Deus atamen hoc divina dispensationi erat consentaneum, ut opportunè quidquid tunc discere videretur, cum usus esset. Quamquam omnia sciret, ut se hominem manifestaret, tunc aperiebat suam scientiam, quando tempus, & occasio postulabant, ut rectè notat hic D. Cyrillus lib. 2. in Ioan. cap. 76. Quod audierunt Pharisei. Christus cognovit; Pharisei audierunt; quia Dominus cognitione certa movebatur, illi verò falsò rumore, ut statim dicam. Et Pharisei audierunt ut indicant Divus Chrysostomus, & Theophylactus, à discipulis Joannis; nam sicut Christum accularunt apud Magistrum, quòd baptizaret; ita & verisimile est, quòd Christum deferrent apud Phariseos, præcipuè, ut notat D. Thomas, discipuli Joannis erant confederati cum Phariseis ut colligitur ex Matth. 4. num. 14. qui simul contra Christi discipulos posuerunt quæstionem.

Rupert. D. Thom. Ammon.

Scientia manifestata, quando occasio postulat. Cyrill.

D. Thom. Chrysost.

D. Thom.

3.

Affectus aculeator multa falsa testatur.

August.

Cajetan.

Alb. Magn.

3. Quòd Iesus plures discipulos facit, & baptizat, quam Joannes. Ecce res delata, & quòd erat auditum, & tamen erat falsum: quia Dominus non baptizabat, ut patet ex sequenti versu, & notant omnes. Et ipsa res falsa denuntiatur à discipulis Joannis, (alias pij viri) invidia movebantur erga Christum; vel quia erant frequentes delatores, Christum accularunt, tam apud Magistrum Ioann. 3. num. 26. quam apud Phariseos, ut patet ex proximè dictis, quòd baptizaret, cum non esset verum. Sed affectus aculeator multa mendosè dicit multa falsa testificatur. Et ad Phariseos Christi Baptismum deferretur, quòd multo pluribus esset collatus, quàm Baptismus Joannis; non quia Pharisei zelarent pro Joanne, sed quia magnam erga Christum habebant invidiam, ut notat D. Augustinus tract. 15. in Ioannem. Et ratio invidiæ in promptu est, ait Cajetan. Quia selecta Phariseorum offuscabatur ex nova baptizatorum proficiuntium s' boala; multoque majorem invidiam significat Evangelista ex majore multitudine discipulorum Christi. Et maxime dolebant Pharisei de Christi Baptismo, ut notat Albertus Magnus, quia dabatur Christi nomine, & ita Christi fama maxime propagabatur.

3. Quòd Iesus plures discipulos facit, & baptizat, quam Joannes. Ecce res delata, & quòd erat auditum, & tamen erat falsum: quia Dominus non baptizabat, ut patet ex sequenti versu, & notant omnes. Et ipsa res falsa denuntiatur à discipulis Joannis, (alias pij viri) invidia movebantur erga Christum; vel quia erant frequentes delatores, Christum accularunt, tam apud Magistrum Ioann. 3. num. 26. quam apud Phariseos, ut patet ex proximè dictis, quòd baptizaret, cum non esset verum. Sed affectus aculeator multa mendosè dicit multa falsa testificatur. Et ad Phariseos Christi Baptismum deferretur, quòd multo pluribus esset collatus, quàm Baptismus Joannis; non quia Pharisei zelarent pro Joanne, sed quia magnam erga Christum habebant invidiam, ut notat D. Augustinus tract. 15. in Ioannem. Et ratio invidiæ in promptu est, ait Cajetan. Quia selecta Phariseorum offuscabatur ex nova baptizatorum proficiuntium s' boala; multoque majorem invidiam significat Evangelista ex majore multitudine discipulorum Christi. Et maxime dolebant Pharisei de Christi Baptismo, ut notat Albertus Magnus, quia dabatur Christi nomine, & ita Christi fama maxime propagabatur.

Ioannis 3. n. 2. Quamquam Iesus non baptizaret, sed discipuli ejus.

VERSIONES.

Vatablus. Quamquam Iesus ipse

non baptizaret. Tertull. lib. de Tamen Iesus non tingebatim. c. 11. bat, verum discipuli ejus.

S. Optat. Afric. Non ipse neminem baptizavit, sed discipuli Parmeniam. ejus.

EXPOSITIO.

DE LATUM erat ad Phariseos, ut patet ex superiori versu, quòd Iesus plures discipulos facit, & baptizat, quàm Joannes. Quòd Dominus discipulos faceret per seipsum, verum erat; non tamen quòd per se baptizaret; hoc enim fiebat per manus Apostolorum; tamen fama rumor semper vires acquirit eundo; & multa falsa defert, & admiscet. 2. Regum 13. num. 30. Fama pervenit ad David, dicens: Percussit Absalon omnes filios Reges, nec remansit ex eis saltem unus. Et tamen solus Amnon erat mortuus. Ovidius Metamorph. 12.

Crescit, & auditis aliquid novus adjicit auctor.

QUESTIO I.

Unum Christus per seipsum baptizaret?

SIT resolutio quæstionis, quòd Christus Dominus per seipsum non baptizavit, ut expressè ait hic Evangelista: Quamquam Iesus non baptizaret. Et notant hic Divus Augustinus, Divus Chrysostomus, D. Cyrillus, D. Thomas, D. Bonaventura. Nec obstat id quòd dicitur de Christo Domino Matth. 3. num. 11. Ipse vos baptizavit in Spiritu sancto. Et similiter Ioan. 1. n. 33. Et discipuli Joannis dicunt ad magistrum de Christo Ioan. 3. num. 26. Cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat. Rectè respondet Tertullianus lib. de baptismo. cap. 11. S. Optatus Africanus citato lib. 4. quòd Christus per seipsum non baptizavit quemquam, ut hic restatur Evangelista; tamen citatis locis dicitur baptizare; quia per suos discipulos illud ministerium præstabat; sicut ea, quæ Rex, vel magister disponit per suos inferiores, dicitur facere per seipsum; sicut quando Rex præcipit extruere ædificium, dicitur, quòd Rex ædificavit. Edificavit Rex Salomon domum & consumnavit eam, 3. Regum 6. num. 9. Et quæ discipuli operantur, non contradicente magistro, ipse magister facit, & operatur, ut notat Ammonius. Et ideo reprehensus est Heli Sacerdos, tanquam ipse faceret, quòd filios suos sciebat facere, & non prohibebat, 1. Reg. 2. numero 28. Aliter respondet D. August. tractat. 15. in Ioan. & Beda, quòd Christus baptizabat: & non baptizabat: non baptizabat exterius aqua corpora tingendo; baptizabat tamen interius gratiam Spiritus sancti communicando. Vel dicitur Christus baptizare in suis discipulis, quia Baptismus ab eo erat institutus, & ab eo habebat virtutem.

SIT resolutio quæstionis, quòd Christus Dominus per seipsum non baptizavit, ut expressè ait hic Evangelista: Quamquam Iesus non baptizaret. Et notant hic Divus Augustinus, Divus Chrysostomus, D. Cyrillus, D. Thomas, D. Bonaventura. Nec obstat id quòd dicitur de Christo Domino Matth. 3. num. 11. Ipse vos baptizavit in Spiritu sancto. Et similiter Ioan. 1. n. 33. Et discipuli Joannis dicunt ad magistrum de Christo Ioan. 3. num. 26. Cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat. Rectè respondet Tertullianus lib. de baptismo. cap. 11. S. Optatus Africanus citato lib. 4. quòd Christus per seipsum non baptizavit quemquam, ut hic restatur Evangelista; tamen citatis locis dicitur baptizare; quia per suos discipulos illud ministerium præstabat; sicut ea, quæ Rex, vel magister disponit per suos inferiores, dicitur facere per seipsum; sicut quando Rex præcipit extruere ædificium, dicitur, quòd Rex ædificavit. Edificavit Rex Salomon domum & consumnavit eam, 3. Regum 6. num. 9. Et quæ discipuli operantur, non contradicente magistro, ipse magister facit, & operatur, ut notat Ammonius. Et ideo reprehensus est Heli Sacerdos, tanquam ipse faceret, quòd filios suos sciebat facere, & non prohibebat, 1. Reg. 2. numero 28. Aliter respondet D. August. tractat. 15. in Ioan. & Beda, quòd Christus baptizabat: & non baptizabat: non baptizabat exterius aqua corpora tingendo; baptizabat tamen interius gratiam Spiritus sancti communicando. Vel dicitur Christus baptizare in suis discipulis, quia Baptismus ab eo erat institutus, & ab eo habebat virtutem.

Dices: Christus Dominus baptizavit Joannem Baptistam, ut ex Divo Augustino, Chrysostom. Euthymio, Carthusiano dixi lib. 3. cap. 2. quæst. 7. Et Carthuf.

Dices: Christus Dominus baptizavit Joannem Baptistam, ut ex Divo Augustino, Chrysostom. Euthymio, Carthusiano dixi lib. 3. cap. 2. quæst. 7. Et Carthuf.

Euthym. Nicoph. Suarius.

Euodius.

Evitarus. August. Christus baptizavit Virginem, Baptistam, & Apolos.

Hieron.

Et etiam baptizavit sanctissimam Virginem Mariam, ut docent Euthymius ad cap. 5. Joan. Nicophorus lib. 2. c. 3. Suarius tom. 2. ad tertiam partem, dist. 18. sect. 3. §. Alterum verò. Et etiam Christus Dominus baptizavit Petrum, qui ceteros Apostolos baptizavit, ut tradunt Evodius primus Antiochiæ Episcopus, in libro qui appellatur Lux, Evaratus in Prælo spirituali, cap. 17. D. August. vero Epist. 108. docet Apostolos à Christo fuisse baptizatos. Quomodo ergo hic dicitur quòd Christus non baptizavit? Respondetur intelligendum, Christum Dominum communiter, & vulgariter non baptizasse per seipsum; sed per suos discipulos. Et ita Carthusianus quòd Christus non baptizavit quoslibet propria manu, sed tantum suos discipulos. Similes autem locutiones in Scriptura; ut notat D. Hieronymus Epist. de Beatitudine, significant id, quòd communiter, & vulgariter fit.

QUESTIO II.

Quare Christus Dominus noluerit per seipsum baptizare?

7.

Chrysost.

Ioan. 7. Sententia non probatur.

Lyran.

Chrysost. Euthym. Alber. Mag.

D. Thom. Bonavent.

8.

9. D. Thom. Bonavent. Lyran.

RESOLUTUM est superiori quæstione, quòd Christus Dominus per seipsum non baptizabat. Hujus rei congruentias investigemus. Respondet primo Divus Chrysostomus homil. 28. in Ioannem, quòd ille Baptismus qui conferebatur ante Christi passionem non erat proprius Baptismus Christi, sed Joannis; & ad hoc erat, ut alluerecent homines ad Christi Baptismum. Inconveniens autem erat, quòd Christus baptizaret baptismate Joannis, cum in illo non communicaretur Spiritus sanctus, qui ante Christi passionem non dabatur. Nondum erat Spiritus datus; quia Iesus nondum erat glorificatus, Ioan. 7. n. 39. Tamen sententia non est probanda quia Christi baptismus quo Apostoli baptizabant, gratiam Spiritus Sancti conferebatur, & erat distinctus à Baptismo Joannis. Quia, ut rectè probat Lyranus orta fuit quæstio Ioan. 3. n. 25. inter discipulos Joannis, & Iudeos baptizatos lavaero Christi; quænam esset perfectior purificatio, Joannis, an Christi? ut notant ibi Chrysostomus, Euthymius, Albertus Magnus. Et tamen hæc disputatio nulla esse poterat, si unus, & idem esset Baptismus, & discipuli Domini Joannis baptismum uterentur. Illud autem, quòd dicitur, quòd Spiritus sanctus nondum erat datus, intelligendum est cum D. Thoma, D. Bonaventura, quòd nondum erat datus signis visibilibus, sicut post Christi resurrectionem datus est discipulis. De forma vero, sub qua ante Christi resurrectionem ejus baptismus dabatur, statim dicam.

Ob quatuor principia convenientissimum fuit, ut Christus non baptizaret per seipsum. Primo ob personam ipsius Christi. Secundo ob ipsum Baptismum. Tertio ob commodum baptizandorum. Quarto ob auctoritatem discipulorum Christi.

Primo non fuit conveniens, ut Christus per seipsum baptizaret ob personam ipsius Christi, ut rectè docent D. Thomas, D. Bonaventura, Lyranus, & alij, quia in rebus gravioribus, in dolo Sylveira in Evang. Tom. 11.

tendo in faciendo miracula erat occupatus, dans exemplum Ecclesiæ Prælati, ut in majoribus negotiis occupentur, & minora inferioribus committant, 1. Corinth. 1. n. 17. ait Paulus Non misit me Christus baptizare, sed evangelizare. Sic Apostoli elegerunt diaconos ad pietatis opera impendenda: Non est æquum, nos relinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Act. 6. n. 2. Secundo D. August. tract. 15. in Ioan. Ita explicat rem. Si Christus baptizaret per seipsum, forsitan non auctor, sed minister baptismi existimaretur: ut ergo ab omnibus agnosceretur ut auctor, non per se, sed per suos discipulos ministerium exhibuit. Nec Dominus novit omnia officia sibi retinere, verum etiam suis communicavit.

Secundo ob ipsum baptismum. Nam per hoc quòd Christus non baptizabat per se, sed per suos discipulos, ut rectè notavit D. Cyrillus lib. 2. in Ioan. cap. 76. declarabat, excellentiorem esse suum baptismum, quam Joannis lavacrum Joannes per seipsum administrabat baptismum; Christus vero per discipulos illum conferebat; & tamen multo plures veniebant ad Christum, Ioan. 3. numero 26. Ergo per hoc multo excellentior demonstrabatur Christi baptismus. Secundo: Dum Christi baptismus per discipulos exercetur, valde efficax, & iperdurabilis declaratur; quam efficaciam & persistentiam non habuit Joannis baptismus; siquidem per ipsum solum exerceri potuit; & ita cum ejus vita terminatus est, ut probat Suarius tom. 2. ad 3. part. disp. 25. sect. 3. §. Sed quærit aliquis. Tertio, quia, ut est valde probabile, ex peculiari privilegio Apostoli baptizabant in nomine Christi, ut colligitur ex multis locis, Act. 10. n. 48. Iussit eos baptizari in nomine Domini Jesu Christi. Et docent D. Bernardus Epist. 38. S. Thomas 3. part. quæst. 66. art. 1. ut ita Christi nomen magis fieret celebre. Quòd maxime habere locum videret ante resurrectionem; quia tunc forma Patris, & Filii, & Spiritus sancti Matth. 29. nondum tradita erat, ergo magis decens intelligitur, quòd hujusmodi baptismus per alios, & non per seipsum à Christo exercetur: quæ enim ad nostram gloriam; laudemque conducunt, valde proportionata sunt, ut per alios celebrentur, ut dixi lib. 1. c. 5. quæst. 3. n. 5.

Tertio. Ob ipsos baptizandos. Nam omnes veniebant, ad Christi baptismum, Ioan. 3. n. 26. & ita Apostoli erant occupati, ut nec haberent locum ad comedendum, ut dicitur Marc. 6. n. 31. Venite, ait eis Christus, forsium in desertum locum, & requiescite pusillum; erant enim, qui veniebant, & redibant multi, & nec spatium manducandi habebant. Ergo si cum tot ministris tanta erat occupatio, quid fieret, si solos Christus exerceret per se ipsum: Rectè igitur distributum est ob commodum venientium, ut Christus prædicaret, & Apostoli baptizarent, ut ita accidentibus prompta expeditio exhiberetur. Et ita Moyses consilio Jethro loceri sui per septuaginta duos seniores populi laborem partivit. Exod. 18. n. 19. & 20. Deut. 1. n. 13. & 15.

Quarto. Ob discipulos, ut ipsis functionibus, ac ministeriis gratiam impertirentibus Dominus eos maxime honoraret, ac nobilitaret. Hoc debet esse peculiare studium Principis, suorum ministrorum honori consulere. Distinguitur M. Dominus

Prælati in majoribus occupentur minoribus committant. 1. Cor. 1. Act. 6.

August.

Prælati non omnia sibi officia retineant.

10.

Cyrill.

Baptismus Joannis cum eo terminatus est.

Act. 10.

D. Thom.

Quæ sit laus nostra per alios celebratur.

11.

Marc. 6.

12.

Principes suos honorent.